

*Nal. 79.*

8°

**DISPVTA,**  
**TIONESEX SACRIS**  
SENTENTIIS IN VSVM ADOLE-  
scntulorum propter primarum artium  
dicendi exercitationem propositæ.

**A D. IODOCO**  
Vuillich. Reselliano.

ACCESSERVNT ET DE OVIS  
PROBLEMATA,

**ITEM**  
DE MALO MEDICO UTILISSI-  
MA CONTRA PESTIFERAM  
LVEM OBSERVATIO.

Eodem autore.

FRANCFORTE  
AD VIADRVM IN OFFICINA  
IOANNIS EICHORN,

*XVIII*

АДАМ  
БЕЛЫЙ ВЪДОИТ  
възбоди ръкоти гълъбияз  
мъжъ възбоди чада, съзбоди  
възбоди боядисаните кости

ООДОІ БЗ  
възбоди възбоди

210 възбоди възбоди  
възбоди възбоди

МАЧИ  
възбоди възбоди възбоди  
възбоди възбоди възбоди  
възбоди възбоди възбоди

Хочи съмъ

І ТЯ ОНОИЯ  
АДАРКА ИН ОФИЦИНА  
ІОАННІС ЕНОНІС

СУДЪ

PRUDENTISSIMO,  
ET FIDELISSIMO LL.D. DOCTORI  
& Sidenorum syndico Melchiori Vuinsio  
affini suo, Iodocus Villichius Resellia.

S. P. D.

**V**nquam satis nostræ acade-  
miæ consuetudo collaudari  
potest, qua alternis hebdo-  
madibus, & disputatur, &  
declamatur. Nam his exercitijs tota  
primarum artium dicendi ratio iuxta-  
cum mediocri rerum, uel sacrarum,  
uel humanarum cognitione absolu-  
tur. Siquidem progymnasmata seu  
Theonis, seu Hermogenis, seu Aph-  
thonij declamationum sunt tantum  
membra, quorum iusta tractatione  
suscepta, & collocatione totum orati-  
onis corpus exædificatur & cōstrui-  
tur. Verum cum Aristoteles disputati-  
onis, quæ illi tum διάλεξις tum διάσκε-  
ψις tum ζήτησις est, nimirū quod dis-  
serendo & considerando rerum ueri-  
tas indagetur, naturam libro octauo  
peccati

A 2

## EP I S T O L A

de locis dialecticis edoceat, paucisq;  
eiusdem præceptiones atq; consilia  
nota esse uideam, eadem mihi ueluti  
in scena, uel publico explicare placu-  
it, sed compendio quodā per quasdā  
sententias sacras quas de more pīs  
adolescētibus ppter exercitationem,  
& ppter huius literariæ palestræ certa-  
mē utilissimum, & iucundissimū pro-  
pono. Semper enim ijsdem γνωμασ  
non gregarias, sed necessarias in hoc  
certamen scholasticum explicatas sic  
cuperem, ut assiduo usu in naturam  
uerterent. Nam hic ueluti acie sunt  
personæ colluctantes. Vna respōden-  
tis, qui proposita (sic enim προελά-  
ματα latine nominamus) confirmabit.  
Altera interrogatoris, qui hic est dis-  
putator uel argumentator, eadem re-  
fellere satagit. Tertia esset iudicis  
Platonico more, quem tum eruditū  
tum comē esse optaremus. Est. n. hic  
literata & amica collatio, cum nul-  
lus adsit refractoriolus neq; siue  
pertinacia

N V N C V P A T O R I A .

pertinacia, siue morositas, quam δυστη-  
κολίων τὴν τοῦτο λόγιας Aristoteles  
nuncupat. Itaque certa et hic problem-  
atum genera constituenda sunt,  
eritque inuentio argumentorum ex lo-  
cis erutorum, eritque eorundem collo-  
catio, & conformatio, eritque pronun-  
ciatio, & ueluti oppugnatio quædā,  
Aristoteli. n. ἐρωπηματῖσσαι est nihil ali-  
ud, atque propositiones in ordinē ceu-  
militarem cogere, deinde in aciem  
producere, et ijsdem quasi cum ad-  
uersario concertare. Verum eiusmo-  
di propositiones sunt, aut necessariæ,  
aut assumptæ, eæque quadruplices, uel  
ἐπαγγικαὶ, cum uniuersale aliquid in  
ductione cōstituitur, uel κευπήνων, cū  
quippam occultatur, uel ὁγκῶδες cū  
quædā ppter orationis ornatū & apli-  
tudinē accersuntur, uel σαφηνήσουσα  
cum perspicuitatis gratia accommo-  
dantur. His autem si quis tam respon-  
dentis, qui hodie est uulgo opponēs,  
quam interrogantis officia & propria

A 3 82

EPISTO. NVNCVP.

& communia coniunxerit, bonam  
artificiosæ, & doctæ, nō contentiosæ,  
non cauillatoriæ disputationis partē  
assequetur, quam tamē ita conseruabī  
mus, ut eandem adolescentulī citius  
**exercitatione**, quām præceptorum  
multitudine probe condiscerent. At  
uero si tibi & alijs peritis uiris tui si  
milibus consilium intentū placuerit  
in hoc exercitij genere summam ope  
ram ponam. Bene Vale,

Francophorti cis Via

drum in Septembri,

Anno à Christo

nato MD

Li.

Prima

## Prima Sententia.

In prima Iohannes capite 4. Dilecti inquit,  
ne cuius spiritui credatis, sed probetis  
spiritus, num ex Deo sunt.

II.

Hic uerbo δοκιμάζεσθ<sup>τ</sup> usus est, quod est  
præcipue monetæ dignitatem explorare.

III.

Ita sunt δοκιμασαι exploratores metalorum sit ne proba moneta, an adulterina.

IV.

Explorant autem uel auri uel argenti bonitatem coticula Lydia, cui hodie certæ laminæ, propter certas iudicaturas in singulis temperaturis adhibentur.

V.

Tales autem exploratores numismatis, (quod est Aristoteli, οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ) olim ferè erant in negotiationibus, ἀργυρομοιχοὶ, id est, pecuniae permutatores.

VI.

Eō allusit Theocritus.

λυδίης σορτέχεν πέτρη σόμα, ζυσθρόπορην  
πενθοτα μή φαῦλον, ετήτυμον ἀργυρομοιχοῖς.  
Optat enim in basi os Lydiæ coticulæ

A ♀ non

non dissimile, ut hoc tale fieret iudicium,  
quale est, cum aurifices aurum uerum à prauo  
explorant.

VII.

Diuus autem Iohannes necessitatem explo-  
randorum spirituum caußatur. Quia inquit,  
**MVLTI PSEUDOPROPHETAE IN  
MVNDVM VENIENT.**

VIII.

Sicut bessale argentum nobis est purum  
putum, et aurum uiginti quatuor ceratiorum est  
excoctissimum, ut utrobiq; sit & summa, et  
præstantissima indicatura, ita in iuditio spirituū  
est ē&σανσ, iuxta Iohannem. In hoc inquit,  
**spiritum Dei cognoscetis. OMNIS SPIRI-  
TUS, QVI CONFITETVR IHESVM  
CHRISTVM IN CARNEM VENISSE  
EX DEO EST.**

IX.

Christum uero in mundum uenisse, nihil  
aliud est, atq; Christum Dcūm & hominem  
totius mundi esse victimam, propitiatorium,  
unde duntaxat nobis est iustitia coram Deo uie-  
tāq; aeterna.

X.

**Confidentes igitur in suam benefactorum  
dignitatem**

dignitatem, in aquam lustralem, et alias cere-  
monias vulgares, et breuiter in Idola Christi  
beneficia in nos, aut abnegant, aut certe ob-  
scurant, et eleuant.

XI.

Proinde eorum spiritus iuxta hanc iudica-  
turam seu Cāσανον non est Dei, sed Sathanæ  
uel Antichristi.

XII.

Hoc est in causa, cur Augustinus & alij pīj  
patres ad hunc Lydium lapidem, hoc est, ad ca-  
nonicam scripturam sua monumenta reuocanda  
et expendenda esse uoluerint.

MORALE

Huc affertur et Chilonis sententia, quae est  
Ἐν λιθινῷ ἀκόντῳ χρυσός ξένετάζεται  
διδόυσ Κάσανον φανερὸν ἐν δὲ χρυσῷ  
ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦσος οὐδώκειλα-  
εγχον. Sentit non minus mentes hominum tum  
proborum tum improborum explorari posse  
atq; aurum in lapideis coticulis dijudicatur.

MATHEMATICVM.

Spherice & Astronomice subiecto, &  
affectionibus, quae sunt πάθη, differt, ex utraq;  
autem prognata est Cosmographia.

A 5 Secunda

## Secunda Sententia.

I.

Paulus in priore Epist. ad Timoth. cap. 4. Spiritus certo loquitur, quod in posterioribus temporibus deficiet quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum per simulationē falsiloquorum, cauterio notatam, habentium propriā conscientiam, prohibentiū contraherē matrimonium, iubentium abstineāre à cibis &c.

II.

Nouissima tempora apostoli intellexerunt & sua & proxima succedanea.

III.

Nam mox quidam suppulularunt apostatæ spiritibus erraticis intendententes.

IV.

Apostatæ sunt à fide in Christum & ipsi recedentes, & secessionem facientes, cuiusmodi primus fuit apostata Iudas Ischariotus.

V.

πλάvοι, sunt seductores, Sycophantæ, impostaiores, à fallendo & seducendo nominati.

VI.

Tales

Tales autē spiritus erronei sunt et dæmoniacæ  
doctrinæ. Est enim diabolus mendax & pater  
mendacij, hoc est, impiæ doctrinæ.

VII.

Hi sunt quoq; Ψευδολόγοι, utiq; spiritum  
Dei simulantes, ita ut nouarum constitutionum  
autores spiritum iactitare non cessent.

VIII.

Idem affirmat Iohannes in 1. cap: 2. Filioli  
inquit, nouissima hora est, & sicut audiuitis,  
quia Antichristus uenit. Nunc Antichristi multi  
facti sunt. Vnde scimus, quia nouissima hora est  
ex nobis prodierunt, sed non sunt ex nobis.

IX.

Constat mox sub apostolorū temporibus,  
ut Simon magus à Philippo Diacono baptisatus  
sit, miraculis celeberrimus, potestate largiendi  
dona Spiritus sancti, per manuum impositionem  
empturus, Anno Christi 35.

X.

Alexander aerarius fit Apostata, Paulus re-  
stitit I. Timoth: I. circiter annum Christi 45.

XI.

Hymenæus & Philetas resurrectionem  
negabant, 2. ad Timoth: 2.

XII.

Vagam

Vagam libidinē & promiscuos concubitus  
Nicolaitæ retinuerunt. Anno Christi 51.

XIII.

AEGyptius quidam & Paulus Magus, dum  
Prophetæ esse affectabant, populum Israeli-  
ticum seduxerunt Acto: 21. Ioseph: 20. c. 17.  
Anno Christi 55.

XIII.

Cerinthus docuit circumcisionem esse ne-  
cessariam, libertatem Christianam annihilans,  
Christi regnum post resurrectionem terrenum  
fore asseuerabat, Eusebius. 3. cap. 28. Anno  
Christi 65.

XV.

Menander, Magus Simonis discipulus in suo  
nomine baptizandos esse contendebant. ijdem  
Christum uerum esse hominem abnegabant,  
Eusebius in 3. cap. 26. Anno Christi 78.

XVI.

Ebion, à quo sunt Ebionitæ, Christum ex  
uiro & muliere purum hominem natum affere-  
bant, necessitatem legis Mosaicæ contra liber-  
tatem Christianam statuentes. Hilarius in p. de  
trinitate, circiter annum Christi. 80.

Contra

XVII.

Contra istos autem, sicut et contra Cerin-  
thum, Menandrum, D. Iohannes Euangelium su-  
ū conscripsit. Hieronymo autore in Catalogo.

XVIII.

Basilides Alexandrinus tantum phasma ab  
Araxa quodam missum esse, & quendam Si-  
monem eius loco crucis suffixum docuit. circi-  
ter annum Christi 124.

XIX.

Saturninus Antiochenus Menandri hære-  
sim instaurauit. circuer annum Christi 125.

XX.

Valentinus, Cerdon, & Martio hæresim  
Basilidis confirmant ueteris testamenti strenui  
contemptores, duos finixerunt Deos, bonum bo-  
norum, malum malorum autorem. circiter  
annum Christi 154.

XXI.

Lucanus Martionis hæresim renouauit,  
circiter annum Christi 156.

XXII.

Carpocrates Christum non ex Maria uirgi-  
ne, sed ex semine Joseph purum hominem na-  
tum esse statuit, circiter annum Christi 168.

Montag

XXIII.

Montanus, & Apelles Cataphrygarum  
sectæ autores docent Christum non fuisse  
uerum hominem, cælibatum suum & delectum  
ciborum, iuxta sui spiritus ductum decreuerūt,  
circiter annum Christi. 180.

XXIV.

Decimo post anno Tatianus Iustini marty-  
ris discipulus, eadem puncta doctrinæ pertina-  
citer docuit.

XXV.

Hos ueluti intento digito Paulus demon-  
strasse uidetur. Superiores enim aut maiestati  
Christi, aut libertati Christianæ nonnihil de-  
rogarunt, nouarum utiq; constitutionum non-  
dum fuerunt manifesti autores.

XXVI.

Eandem doctrinam etiamnum Roma-  
nenses mordicus retinent, cum suum impurum  
cælibatum, & ciborum delectum uel magna  
mentis piorum carnificina extorqueant.

XXVII.

A qua nota uix liberari possunt scriptores  
grauiſſ.

grauissimi & Græci, & Latini usq; ad nostra  
tempora, quibus Montanum damnant Montani  
quām simillimi.

### SPHAERICVM.

Finitiones Theodosij & Euclidis potissi-  
mum iuxta Campani uersionem mechanicæ  
potius sunt, & communiiores, quām ut globo,  
qui mundi effigiem, cœli circulos, & eorum  
motum representat, respondeat.

### MEDICVM.

Macis (cum nucis Moschatæ, quæ tamen  
moschi nullam qualitatem præ se fert, sit me-  
dius cortex intra externum crassum & uiride  
& lignosum, quo nux continetur) à macere  
plurimum differt. Est enim hic cortex crassus,  
calido & frigido temperatus, ualde astringens,  
quæ notæ in maci non deprehenduntur.

### Tertia Sententia.

1.

Ioh. 20. Hæc scripta sunt, ut credas  
tis, quòd Iesus sit Christus filius Dei,  
& ut credentes uitam habeatis in no-  
mine eius. Mox

II.

Mox sub temporibus apostolorum Christi  
stum uerum aut hominem, aut Deum esse abne-  
gabant summi Christi hostes, ut Cerinthus,  
Menander, Ebion &c.

III.

Hos D. Iohannes anno Domini C II. uel  
iuxta Hieronymū anno sexagesimo post Christi  
supplicium confutauit.

IV.

Confutat autem non tantum hostes, sed  
etiam benefactorum uirtute sibi placentes,  
Pseudoapostolos, & Phariseos.

V.

Itaq; Euangeliū suūm auspicatur, ut  
Christus factus sit homo, in nostri salutem, mul-  
tisq; miraculis eum & Deum, & hominem esse  
confirmat, officia quoq; spiritus sancti extol-  
lit. Breuiter unum Deum, & trium personarum  
officia graphicè describit.

VI.

Septuaginta annos contra Antichristos,  
quos modo Cain, modo ex diabolo natos, mo-  
do Christū abnegantes nuncupat, acerrime dis-  
putauit

putauit, & docuit.

VII.

Subiectum atq; adeo scopus Christianæ  
doctrinæ est infide.

VIII.

Fidei autem quatuor sunt species, totidem  
sunt incredulitatis seu diffidentiæ.

IX.

Prima est notitia, quæ apud Esaiam est sci-  
entia Domini: apud Oseam scientia Dei, &  
Zacharias scientiam salutis ad remissionem pec-  
catorum appellavit.

X.

Quapropter D. Iohannes tò scire subinde  
repetit.

XI.

Idem, Hæc est, inquit, uita æterna, ut cognos-  
cant te solum Deum uerum & quem misisti  
Iesum Christum.

XII.

Altera est assensus quo mens approbat cog-  
nita & acceptat. Si quidem absq; uoluntatis ase-  
sensione fides non est.

B Huc

XIII.

Huc affertur & illud Iohannis. Qui non credit Deo mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo, hoc est, ex uerbi Dei notitia nulla est assensio.

XIV.

Tertia est certitudo, quæ est tam certa persuasio animi, ut nihil aut dictum aut scriptum in sacris literis in dubium uocet.

XV.

Est igitur hic fides erga Dei uerbum certa persuasio.

XVI.

Atq; hoc sibi uult Paulinum uerbum λογιζεσθαι reputare, decernere, statuere, ac plane persuasum habere, ut homo fide iustificetur.

XVII.

Item Paulus ad Roman. 4. Abraham ad Dei promissionem non hæsitabat incredulitate, sed robustus factus est fide, tribuens Deo gloriam certa persuasione accepta, quod is qui promiserat, idem posset præstare.

1. Thess.

XVIII.

1. Thess. 1. Afferit se docuisse Euangelium  
Ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ

XIX.

Quarta est fiducia ex fidei notitia, assensu,  
et certitudine nascitur et pendet, et nisi haec  
in fide accesserit, fides est imperfecta.

XX.

Quare subinde et in sacris literis fiduci no-  
men pro fiducia capitur.

XXI.

Veluti in hoc Iohannis: Filioli manete in  
Deo ut cum apparuerit, habentes fiduciam non  
pudesciamus.

XXII.

Idem. Nos per Dei dilectionem inquit,  
quam erga nos habet, fiduciam habere in die  
iudicij, hoc est, iusta sententia diuini iudicij fi-  
ducia misericordiae Dei propter Christum, et  
in Christo promissae tutos esse.

XXIII.

Ad Ephesios 3. Per Iesum Christum ha-  
B 2 bemus

bemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ  
est per fidem illius.

XXIII.

Atq; docet illud Paulinum contra spem cre-  
dere, fiduciam manifeste iudicat.

XXIV.

Etsi ex causarum serie ueluti gradatione  
hae formæ nascantur, tamen sæpe συνεδροχι-  
κῶσ capiuntur, ut caro pro toto homine, ut cor  
pro toto interno homine.

XXV.

Reuera autem priores tres partes non iusti-  
flicant, nisi quarta accesserit, quæ uere fides di-  
citur iustificans, et priores prorsus complecti-  
tur.

XXVI.

Siquidem nemo inuocabit, quem non nouit,  
de cuius beneuolentia, et omnipotentia dubitat,  
& non certo eidem assentitur, et in quem spem  
& fiduciam non collocat.

XXVII.

Priores tres partes sunt et dæmonibus com-  
munes

muncs, quos Jacobus credere & contremiscere  
memoriae prodidit, et historica fides notitiam,  
assensum & certitudinem continet.

XXIX.

Quare eadem iustificandi proprie, erra-  
tionem & appellationem non recipiunt.

XXX.

E contra incredulitatis quatuor his oppo-  
sitæ sunt formæ, ignorantia, auersio, dubitatio,  
& diffidentia.

XXXI.

Hi enim increduli uere dicuntur, quicunq;  
Dei uerbum ignorant, respicunt, de eo dubitant,  
& diffidunt.

XXXII.

Ita & Christus apostolos de uictu sollicitos  
δλιγονίσουε id est, parum fidentes in Dei be-  
nevolentiam, misericordiam, & facultatem  
appellauit, & in tempestate oborta ijsdem  
δλιγονίσιαν exprobrauit.

XXXIII.

Proinde quibus est fides iustificans, uitæ  
B 3 eternæ

æternæ propter Iesum Christum, & Dcūm &  
bominem participes, & consortes erint.

MEDICVM.

I.

Pauli Hydromalum, est recentioribus  
Græcis μηλοζούλαπον aut κυδονίων χύ-  
λισμα. Arabibus miua citoniorum.

II.

Cydonia aut ante prandium astringunt uen-  
trem, aut à prandio comesta laxant.

III.

Cydonia dulciora & maiora, Asiatici  
struthia nominant.

IV.

Absolute & ΚΥΔΩΝΙΟΥ μήλα sunt Cy-  
donia. Vnde oleum μέλινον & emplastrum μέ-  
λινα διὰ μέλων apud Galenum & apud re-  
centiores diacydonium cholagogum, diacydo-  
nium aromaticum, diacydonium acutatum, Cy-  
donia condita.

ASTRONOMICVM.

Si series

Si series Sphærarum dissecta figuram  $\chi$  referat, sicut plæriq; in Timæo Platonis accipiunt, tunc ea erit ex obliquato axe et Zodiaci, & mundi.

#### I V R I D I C V M.

Lex ex XII. tabulis quadam ex positione à religione Christi nō adeo abhorrebit, quæ est. Ad diuos adeun to caste, pietatem adhibento, opes amouento, qui secus faxit Deus ipse uindex erit.

#### Q V A R T A S E N T E N T I A.

I.

AD ROMANOS 8. QVI SPIRITVM CHRISTI NON HABET, HIC NON EST EIVS.

II.

Hoc est, qui non est unctus spiritu sanctorum hic non est Christianus.

III.

Vnde Christiani dicti sunt uncti à Christo id est, diuina unctione, quod est ex aqua & spiritu sancto renati.

B A Idem

III.

Idem sibi uult Paulus 2. Corinth. 1. Deus est  
qui nos confirmat una uobiscum in Christum,  
¶ unxit nos, ¶ obsignauit, ¶ dedit pignus  
spiritus in cor nostrum.

V.

Idem Iohannes in 1 cap. 2. Vos inquit, uincti  
enem habetis ex eo qui sanctus est, et scitis om-  
nia, ¶ c.

VI.

Sentit Christianos impelli per uerbum ¶  
spiritum sanctum ad ueritatis cognitionem,  
qua mendacium, id est Sophisticen, falsamq;  
doctrinam non admittit, non recipit.

VII.

Quare idem subdit, Non necesse est, ut  
quisquis doceat uos, sed sicut ipsa uinctio (hoc  
est, spiritus sanctus) docet uos de omnibus, ita  
uerum est ¶ non mendacium, Et quod docuit  
uos uinctio, in eo manete.

VIII.

Atq;

Atq; Christus abiturus, & consolans suo  
spiritus mittendi officio. Spiritus inquit, sanctus  
ducet uos in omnem ueritatem.

IX.

Refertur hoc dictum ad pietatem, et uitæ, et  
doctrinæ. Vtraq; enim est alteri coniungenda.

X.

Vbi enim Christi spiritus recessit, ibi mox  
falsa doctrina & mendacium surrogatur.

XI.

Ita impietas uitæ dominatur, adeoq; corpus  
peccati regnat, cum ibi non sit spiritus Christi  
ad illam excitans, ducens, agens, & impellens.

XII.

Impellit autem non nisi per uerbum Dei, &  
euangelium Christi.

XIII.

Est igitur spiritus sanctus unctio ab eo qui  
sanctus est, & non ex oleo consecrato.

XIV.

Atq; ex illo uere sunt spirituales, non oleo,  
B 5 sed

sed spiritu sancto dclibuti.

XV.

Oleosorum autem spiritualium ceremoniam Felix papa si quid fidei penes decreta Pontificia est, instituit. Igitur non est neq; apostolica, neq; ad salutem æternam necessaria, neq; utilis.

SPHAERICVM.

Sphæra recta tum ex collatione axis & polorum sphæræ ad Hori<sup>z</sup>ontem, tum ex seeti one duorum maximorum circulorum Hori<sup>z</sup>ontis & æquinoctialis attenditur.

SPHAERICVM.

Recte de terra Cicero sic scriptum reliquit. Ea inquit, quæ est media, & nona tellus, neq; mouetur, & infima est, & in eam feruntur omnia motu suo pondera.

EX XII. TABVLIS.

Filius arte carens patris incuria e- idem necessaria uitæ subsidia ne præstato, alioqui parentes educare cogiat.

Ex

EX IISDEM ET EX ME-  
DICINA.

In decimo mense legitimus infans nascitor.

MEDICVM.

Omphacius succus utpote σιρόπιον ὄμφα-  
κων, crassus interdum coquitur cum melle, &  
est ὄμφακόμελον interdum simplex uulgo dicto,  
us Rob de agresta, hic rectius uentriculum ca-  
lidum & cor confirmat, atq; ferverem solis,  
& inde natam situm extinguit, biliosam uomiti-  
onem et deiectionem nempe χολέραν, sedat  
& permittat.

QVINTA SENTENTIA.

I.

LVCAE IX.

HIC EST FILIUS MEVS DILECT-  
VS, IN QVO MIHI BENE PLACI-  
TV M EST, IPSVM A VDITE.

II.

Hic autoritas Euangelicæ doctrinæ signifi-  
catur, nimis quod non sit humana, sed  
Christi Dei.

Est n.

III.

Est enim eius autor Christus Deus, quem Deus pater ex sua substantia, ab æterno usq; in æternum, utpote sine principio, & sine fine, genuit sibi similem, coæqualem, coæternum, per quem omnia condita sunt, atq; ita est αμήτωρ.

IV.

Is Christus & Deus, & homo est iussu patris Opt. Maximi audiendus, ciusq; doctrina est obuijs ulnis excipienda.

V.

Tum quod sic patri cœlesti uisum est, & placuit, Tum quod is sit, qui ex sinu patris cuncta mysteria patefecit.

VI.

Quare ab eius doctrina Christianis ne latum quidem digitum recedendum est, uel cum omnium fortunarum, tum capitis periculo.

VII.

Sicut omnium martyrum Christianorum constantia & consensus testatur.

VIII.

Atq;

Atq; inter eosdem fuit constantissimus eiusdem doctrinæ doctor D. Paulus, qui eum esse anathema, cum ab ea quis diuersum doceret, dilucide pronuntiauit.

IX.

Itaq; Christus iussit: Scrutamini scripturas,  
quæde me testificantvr.

X.

Itaq; D. Petrus eos rectè facere assert, qui attendunt propheticō sermoni firmiori, ceu lucernæ apparenti in loco obscuro, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus.

XI.

Hic lucem & lucernam non aliter ac David uerbum Dei appellat, ita econtra tenebrarum nomine, humanas traditiones ab illo dissidentes accipit.

XII.

Et sicut illic est splendor lucernæ, dies illucescens, lucifer exoriens, ita hinc uidentur tenebrae, & loci obscuriores.

XIII.

Quare

Quare breui moriturus D. Petrus certitudinem Christianæ doctrinæ illustribus argumentis confirmauit, cum à conspecta Christi diuinitate, cum à uoce patris cœlitus audita, cum à Mosis & Heliæ testimonio in monte dato, tum à Prophetica scriptura, quæ est omnibus anteponenda.

XIII.

Atq; Prophetica scriptura non est priuatæ interpretationis, quæ non inepte ἐπίλυσις nominatur.

XV.

Non enim protinus, aut scripturæ conscientium, aut τὸ ἀνάλογον fidei est, quod cuiusq; ἐπίλυσις id est impetus, & motus affert.

XVI.

Itaq; in hac interpretatione cautissime pergendum est, ne quid scripturæ assuatur, aut peregrinum, aut impium.

XVII.

Rationem autem à causæ dignitate habet, cum scriptura non sit humana, sed diuina, quippe spiritus sancti, atq; prophetæ non nisi eiusdem spiritu.

dem spiritus impulsu, & ductu hanc posteris  
scriptam reliquerunt.

XVIII.

Faciendum igitur est inter prophetarum et  
interpretationum formas magnum discrimen.

XIX.

Et solius Christi doctrina traditionibus  
humanis non contorta, non depravata, non per-  
uerfa, summa religione retinenda est.

XX.

Eius loci sunt testimonia quam plurima, ut  
doctrinæ Christianæ sit ἀκίνητος ἀυθεντία,  
id est, tanta autoritas, ut nemini uiolare eandem  
liceat.

XXI.

Veluti, Deuter. 4. Non addetis ad uerbum  
quod ego loquor, nec auferetis ex eo.

XXII.

Deutero. 12. Quod tibi præcipio, hoc  
tantum facito Domino, non addas quicquam,  
nec minuas.

Deuter.

XXIII.

Deutero. 32. Suum uerbum docendum esse,  
et ad posteros propagandum esse contendit.

XXIV.

Illud autem uerbum non est longe peten-  
dum, cum sit in ore et corde tuo. Deuter. 32.  
Illudque uel a rege semper legendum esse exoptat  
Deutero. 17.

XXV.

Itaque ecclesia iuxta canonicae scripturae  
amussum quae et lectione et autoritate dignae,  
et quae sunt απόκρυφα censet, et iudicat.

XXVI.

Proinde ualeant nouarum traditionum  
autorculi, quibus Euangelium aut exibilatur,  
aut certe obscuratur.

XXVII.

Tunc enim istae iuxta Petrum σεσοφισ-  
μένοι μύθοι iuxta Paulum οἴεντοι et γρα-  
ῦδεις μύθοι iudicantur.

XXVIII.

Vitandi igitur sunt tanquam αλάσοπες in  
doctrina salutis, cum sermo Christi Iohann.  
12. eos in nouissimo die iudicaturus sit.

Ex

EX XII. TABVLIS.  
Ex patrijs ritibus colunto  
optima.

SPHAERICVM.

Terra est quasi firmamentii punctum, tum  
ex conspecta cœli medietate per centri finiti-  
onem, tum ex semidiametrorum cœli & terræ  
nulla, neq; ratione, neq; commensuratione, tum  
à comparatis per stellas fixas firmamenti uelutē  
puncta.

MEDICVM, ET ΠΑΡΑΔΟXON  
tam medicis quam phar-  
macopolis,

I.

Catapotiorum massa durior est reijcienda.

II.

Fermentatio, quæ uere situs est, in ijsdem  
uitanda est.

III.

Formata uel aqua, uel succo aliquo non  
sunt diu conseruanda.

IV.

Catapotia mollia confestim uacuant, &  
simil euacuantur.

C Sexta

SEXTA SENTENTIA.

I.

Deutero. 18.

Dicit Dominus ad Mosen. Prophetam suscitabo eis de medio fratribus suorum, sicut te, et ponam uerba mea in os eius, loqueturque ad eos omnia quae præcepere illi. Qui autem uerba eius, quae loquetur in nomine meo audire noluerit, ego requiram ab eo.

II.

Propheta a Deo exuscitatus est DOMINUS NOSTER IESUS CHRISTUS, sacerdos æternus, filius Dei ex Maria virgine natus est, anno mundi 3962. circiter septuaginta Danielis hebdomadas.

III.

Est itaque exuscitatus ex ipsis Iudæis, non aliter ac Moses, nimis post sceptrum Iudæ, non tantum aliquoties conquassatum et labefactatum, sed pœnitus ablatum.

IV.

Prophetæ autem munus præcipuum est docere, sicut et Christus propheta isthoc tempore docuit. Docuit

V.

Docuit autem tantum ea, quæ audiuit et uidit apud patrem, id est, Euangeliū. Sicut legis Moses propheta & doctor erat.

VI.

Itaq; talis propheta non nisi patris uoluntatem ueluti ex sinu patefecit.

VII.

Atq; Christi doctrina est certissima patris cœlestis uoluntas, qua Deus uult omnes homines uitæ æternæ confortes esse, sola propter Christum uictimam misericordia adductus.

VIII.

Nihil quoq; aliud, atq; à patre præceptum promulgauit, & in nomine patris locutus.

IX.

Neq; spiritus sanctus aliam doctrinæ formam propagauit.

X.

Qui fit igitur ut autoritas eiusdem ab antichristis aut eleuetur, aut quibusdam traditionibus obscuretur?

XI.

Quorum tamen contemptorum Deus gravissimus ultior, sicut historiæ uel iam inde à

C 3 princeps

principio mundi usq; ad nostra tempora indicant, futurus est semper.

XII.

Quare D. Paulus certitudinem suæ, doctrinæ, & institutionis confirmans dicit, accepi à Domino, quod tradidi uobis.

XIII.

Valeant igitur, qui aut glossematibus, aut testimonij patrū quorumlibet doctrinā Christi uel deprauare, uel in ordinē redigere affectant.

XIV.

Tales enim sunt prophetæ, seu, qui in nomine Dei ueniunt, sed sua commenta affingunt, seu in nomine aliorum deorum, utpote, qui sine scriptura, & uerbo Dei suum spiritum prætexunt.

XV.

Proinde scripta autorum grauiſſimorum, non sine iuditio sunt prælegenda ad Diui Augustini, cui primæ inter latinos hagiographos tribuuntur, exemplum.

XVI.

Sic enim ad D. Hieronymum, cuius uerba et in decretis Pontificijs citantur, scribit. Ego inquit, solis scriptoribus, qui iam canonici appellantur

lantur, hunc timorem honoremq; didici deferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si quid in eis offendero, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud existimem, quam mendoza esse codicem, uel non esse aſſecutum interpretem, quod dictum est, uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate, quantāue doctrina polleant, non ideo putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios autores Canonicos uel probabiles rationes, quod à uero non abhorret, persuadere potuerunt.

### XVII.

Idem in prologo libro 3. de trinitat. Noli inquit meis literis quasi canonicis deseruire, sed in illis quæ non credebas cum inueneris, incun& anter crede. In istis autem quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum tenere.

### XVIII.

Idem ad Vincentium. Negare inquit, non possum, nec debeo, Sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari.

C 3 Idem

XIX.

Idem libro 2. de unico baptismo cap. 3.  
Quis nesciat sacram scripturam Canonicam  
tam ueteris quam noui testamenti, certis termi-  
nis suis contineri, eamq; posterioribus omnibus  
episcoporum literis ita anteponi, ut de illa om-  
nino dubitari, & disceptari non possit, utrum  
uerum, uel utrum rectum sit quicquid in ea  
scriptum sit uel constiterit esse. Episcoporum  
autem literas, quæ post confirmatum canonem  
uel scriptæ sunt, uel scribuntur. &c.

XX.

Idem ad Vincentium Donatistam, Noli in-  
quit, ô frater contra diuina tam multa, tam præ-  
clara & indubitate testimonia colligere uelle  
calumnias ex Episcoporum scripturis, siue nostris  
siue Hilarij, siue Cypriani, & Agrippini, ante-  
quam pars Donati separaretur. Primoq; hoc  
genus literarum ab autoritate canonum disting-  
uendum est. Non enim sic leguntur, tanquam  
ita testimonium ex eis proferatur, ut contra  
sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint,  
quam ueritas postulat. In eo quippe numero su-  
mus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab  
apostolo

apostolo accipere, Si quid aliter sentitis, hoc  
quoq; Deus uobis reuelabit.

XXI.

Idem in epistola ad Fortunatum, Neq; in-  
quit, quorumlibet disputationes, quamuis catho-  
licorum & laudatorum hominum ueluti scrip-  
turas canonicas habere debeamus, ut talibus non  
liceat, salua honorificentia, quæ illis debetur  
hominibus aliquid in eorum scripturis appro-  
bare atq; respuere, si forte inuenirem, quod ali-  
ter senserint quam ueritas habet, diuino adiu-  
torio uel ab alijs intellecta, uel à nobis, Talis sum  
ego in scripturis aliorum, quales uolo esse in-  
tellectores meorum.

PROBLEMATA  
DE OVIS VOLVCRIVM.

I.

Vnde nam nobis est oī vocabulum natum?  
An à Græcis, quibus est τὸ ωὸν, & Latini u-  
euphoniacæ gratia insertum esse agnoscunt, atq;  
Arguii ωὲεα dixerunt. Sunt enim Latinis fa-  
miliares literæ, et si à Græcis mutuatæ uidean-

C 4 tur

tur, tamen more suo, illi ἔργονται pronuntiantur. Siquidem ut u Latinis consonans sit, ἔργονται digamma AEolicum passim iuxta horum consuetudinem ascitum sit. Alioqui Latinæ linguae potissimum cum Dorica maximam esse cognitionem haud ignoramus. Sappho autem trif syllabam fecit dictionem ωιὸν, atq; sicut Epichar timo, Simonidæ, ἔργονται Ibyco est ωεον, ita Anax andridæ ἔργονται Ephippo ωαγια.

II.

**Quid nam est ouum?** An fætus uolucrum præsertim ex sexu uel utroq; uel alterutro prognatus, ex quo per plenam incubationem animalculum prodire solet. Nam animalia præsertim uolucria, ( sunt reptilibus ἔργονται natatilibus animalibus quibusdam sua oua ) ωοτόκα à Latinis interpretibus Ovipara dicta, modo per coitum maris cum fœmina, modo sine mare per solam fœminarum libidinis inter se mutuam imaginationem concipiuntur. Imaginationis autem quanta sit uis uel solis Auicennæ sectatoribus notissimum est. Atq; eadem oua quasi à uento concepta ὑπήνεμια quasi ὑπὸ τοῦ ἀνέμου, et idem consilium Latini secuti Zephyria nuncu-

nuncuparunt. Atq; hoc est, quod Athcnæus scriptum reliquit. ὥδε δὲ μὸνον ἀνεμιαῖα ἐκάλουν, ἀλλὰ καὶ ὑπκυέμια. Neq; uanum illud Aristophanicum τικτει πρῶτον ὑπκυέμιον ωδὸν νῦξ. Laudanda est experientia muliercularum tanquam αὐτοψία, qua id genus oua ex altilibus & probe saginatis gigni frequentius asserunt. Germanis uero talia sunt Græcorum more tam à uento quam à fluore dicta.

### III.

Cur ueteres in ouis quatuor partes constuerant? An quod tot elementorum permissores et contemperationes in ijsdem inueniantur. Siquidem putamen est ueluti crusta, aut testa circumiecta terræ temperamentum refert, quippe frigidum & siccum. Album uero oui quod & albumen est ueluti aqua frigida et humida, cui suffragatur in Physicis Anaxagoras, τὸ καλούμενον φυσινόγνωσ γάλα, τὸ ἐντοῖσι ωῖσ ξῖναι λευκόν. Ita aér est non tam illud spirituosum calidum & humidum, quod calefactum oui testa effracta maximo impetu erumpit & dissilit. (Nam humor dum calefit per

per ignem, multos gignit spiritus, qui in tanta  
locorum seu meatuum iuxta Græcos πόρων  
angustia exitum quærēndo testam perrumpunt,  
atq; sic confringunt ) quam caliditas & humi-  
ditas uitelli, in quo aeris uirtus dominatur. His  
uero accedit tenuis membranula testæ subdita,  
non aliter ac inuolucrum et durum ac molle sub  
craneo, quæ igni ferè confertur, atq; sic οὐαλογίαν  
quis primum putamen, cum terra,  
cum autumno, & cum atra bile, Deinde album  
oui cum aqua, cum hyeme, & cum pituita,  
Postea uitellum cum aere, cum uere, & cum  
sanguine, Postremo μήνια cum igne, cum  
aestate, et cum flaua bile non inepte compararet.

III.

Videmus tamen quædam oua etiam tostæ  
non dissilire? An quod eadem aut sint humect-  
ata, aut frigida perfusa, aut cineribus oppressa,  
aut cocta. Nam his rationibus nec meatus testæ  
ita uel constringuntur, uel certe occluduntur, ut  
spiritui exitus nullus pateat. Aliás autem  
flamma tunicam putaminosam amburendo dif-  
fringit, & caliditas eiusdem non tantum hu-  
mum

trumorem diffundit, sed etiam testam rarefacit,  
atq; ita relaxat, ut spiritus erumpat.

V.

Si testa sit terrestris naturæ, quomodo igi-  
tur calculi conterendi vim retineret? An quod  
testæ protosturæ modo frigiditatem amittant,  
et siccitas magis exiccatur, atq; sic subtilium fit  
partium tam per caliditatem acquisitam, quam  
per siccitatem magis intensam. Itaq; suo modo  
confectæ, non male inter ea medicamenta, quæ  
 $\lambda\bar{\imath}\theta\omega\pi$  θεραπείαι recensentur. Terrestria enim  
per adustionem attenuata calefaciunt, exiccant,  
extenuant, abstergent, incidunt, expurgant, et  
crassa attenuant, et exiccata comminuant.

VI.

Cur in meditullio ouī est uitellus Græcis  
 $\lambda\bar{\imath}\kappa\upsilon\theta\omega\pi$ ? An quod ex illo pullus uiuat, unde  
illi nomen inditum est, et sicut sol in medio  
mundo caloris autor est, quo terra fœcunda  
redditur, ita uitellus in ouo ueluti uitalis caloris  
fons est, non secus ac cor ipsum in corpore hu-  
mano, et auium cor iudicatur ceu sanguinea  
gutta in uitelli medio, atq; ut pullus ex albo  
ouī

oui corporatur, ita eius cibus in luteo, hoc est,  
uitello esse dicitur.

VII.

*Cur nam inter se maxime similia cum ouis  
contulerunt? An quod tanta sit ouorum simi-  
litudo, ut saepe discriminem nullum sit, et intuentis  
obtutus in discernendo hebetetur. Quare Ci-  
cero in 2. Academi: ait, Vides ne, ut in prouer-  
bio sit, ouorum inter se similitudo, tamen hoc  
accepimus Deli fuisse complures, qui gallinas  
alere quaestus gratia solerent. Hi cum ouum in-  
spexerant, quae gallina id peperisset dicere so-  
lebant. Neq; id contra nos est, ut qui in compa-  
ratis per similitudinem communem tantum di-  
cimus, non tam ouum ouo simile, non tam lac-  
lacti simile, non tam aqua aquae similis, non  
tam apes apum similes sunt. Idq;  $\omega\alpha\rho\alpha\mu\lambda\kappa\omega\varsigma$ ,  
non tamen negrandum est in ouis, in lacte, in  
aqua, & deniq; in apibus esse quasdam notas,  
quibus ceu differentijs aliquibus discriminem sta-  
tueretur, sed cum hoc tantum non sit, ut mag-  
nopere de similitudine conflictaremur, ueteri-  
bus de ijs, quae ita inter se sunt similia, ut secer-  
ni exacte uix possunt, illa usurpare placuit.*

*Quomo-*

## VIII.

Quomodo Oua malacoderma ab ostracodermis separantur? An quod aues ab ipsis pisibus discernuntur. Illis quidem est putamen testaceum. Est enim ὄσπακὸν testa, seu putamen testaceum, & δέρμα cutis. His uero est mollis cutis, quorum oua & μαλακόδερμα nominantur. Neq; diffitemur pisces quoq; esse ὄσπακοδέρμους, cum ibi non ouorum, sed testarum habeatur ratio. Quid multis? utrumq; uerbum tam ouis (Nam his est, aut testa, aut cutis) quam animalibus natatilibus, potissimum si quis utriusq; etymum spectaret, commune est, Vtriusq; enim reperitur tegumentum, & testaceum & cutaneum.

## IX.

Cur Plinius corpus cœli uoluerat esset undequaq; ad ouorum exemplar? An quod ipse Epicureæ familiæ addicetus corporis cœlestis qualitatem non ubiq; lubricam (quam ueteres tenteram appellauerunt, cuiusmodi in testis ouorum attenditur) sed alibi asperum, alibi leue, iuxta cœli materiam iudicarat. Vnde fit ut qua parte plurimum sit materiæ, atq; ita prolificum, eadem est

dem est magis lubricum. Ediuerso ubi minus  
est, ibi dominatur sterilitas. Idq; tum seminibus  
omnium rerum cœlo lapsis, tum uisus compro-  
batione confirmat.

X.

Cur Ova corrupta & uria fluitent, atq;  
integra atq; ἀπαθη statim subsideant? An  
quod illa ἀφαιοθέντα corrupta, putrefacta,  
quæ penitus emarcuerunt, & οὐσια inania sunt,  
uel ex ætate, uel ex marcore, quæ sunt ἐγουσί-  
σαντα ωκε, cum sint uentosa & spiritu plena,  
quæ iam computruerant. Itaq; aut marcida, &  
uetusta, cum inaniuntur, leuissima, aut cum in  
putridis ouis multum spiritus concluditur, na-  
tant. Contra recentia, & integra, cum sint gra-  
uia, non emarcida, non putrefacta, non spiri-  
tuosa, mox in fundo subsident. Quare mulier-  
culæ ætatem ouorum sic explorare consuetæ  
sunt, etiam si et illic eandem cavitatem & inani-  
tatem sonus ex concussione, & hic partium oui  
obscuritas indicaret. Idem in submersis cerni-  
tur, qui integri quidem graues in fundum deci-  
dunt, putrefacti uero existunt, & emergunt.  
Est enim cadaver spirituosum, si quidem brachia  
pulmonum

pulmonum sunt spiritu plenissima. Itaq; Pyrata quidam interemptis pulmone*s* concidit, ne in mare proiecti emergerent.

X I.

Cur oua uria sunt flatuosa? An quod eorum semen est ἀνεμιαῦον id est spirituosum, & ita sterilia. Homerus igitur iuxta Eustathium mulos δύρησι vocavit διὰ τὸ ἄγονον, cum uim dignendi insitam non habeant, unde proverbium & apud Latinos & apud Græcos natum est.

X II.

Cur ex ouis longis Galli, & ex rotundis gallinæ nascuntur? An quia aut centrum, aut corculum illorum sit ualidius propter calorem uitalem, qua de causa et acutiora et oblongiora, atq; magis fastigiantur, atq; iuxta naturam ignis, flammæ & q; in turbinem desinunt, cuius figuram simul & virtutem in acutum propellentem refert. Contra rotunda, neq; sunt æqualiter acuta, & in extremis fastigiata, neq; in ijsdem tanta uiuacitas. Quare propter imbecillitatem fœmellas potius progignunt. Est enim hic ue-  
rum sexum

rum sexum fœminicum esse imperfectum. Itaq;  
præfectæ gallinarum, quæ sunt & gallinariæ,  
in incubatione hanc operam ponunt, ut in com-  
paranda gallinarum multitudine, oua rotunda  
copiosissime incumbantibus subdent, cui uel  
unus gallus par esse potest. Proinde cum isthac  
ratione, tum ipsa experientia, quæ hoc loco pri-  
mas habet, adductus haud facile Aristoteli suf-  
fragabor, cuius hæc sunt uerba. Εσὶ δὲ τὰ μὲν  
μακρὰ καὶ ὅξεα τῶν ὄων θῆλεα, τὰ δὲ σφόγ-  
γυλα, καὶ πυρφέρειαν ἔχοντα μὲν τὸ ὅξον, ἀρ-  
γενά.

XIII.

Cur et quando duo pulii ex uno ouo gignun-  
tur? An quia geminos & in alijs animalibus  
progigni contingit, & Aristoteles duos tunc  
pullos nasci censuit, eosq; perfectos maxime si-  
uitelli membrana, ceu fascia aut inuolucro dis-  
tincti fuerint. Nam si confusi fuerint, & co-  
hæserint fœtus ædetur monstrosus. Quapro-  
pter nemini mirum esse debet, Castorem et Pol-  
lucem διοσκούρους ex uno ouo natos esse. Si-  
quidem Læda ex Ioue in cygnum conuerso gra-  
uida ouum peperit, quod iuxta Pausaniam  
tænijs.

tænijs suspensum apud Lacedæmonios in tem-  
plo ostenditur. Sunt qui obseruarunt ὥια uete-  
ribus fuisse cœnacula ouata, & cum in talibus  
Helena enutrita erat, fama mox manauit, ean-  
dem ex ouo prognatam sicut & Clearchus in  
Eroticis dixit. Quare non bene Neocles Cro-  
toniata asserit, ouum, ex quo Helena prodijt, ex  
Selenâ (non ex luna, sed ex una centum insula-  
rum) lapsum esse. Nam mulieres Selenitidas oua  
parere, et homines ibidem natos esse quindecies  
tanto nobis ampliores Herodotus Heracleotes  
testatur, cuius rei & mentio in Plutarchi placi-  
tis facta est.

XIII.

**Quare oua gallinarum cæteris præstant?**  
**An quod eorum uitellus sit naturæ humanæ ad-**  
**modum contemperatus, ita bene nutrit. Con-**  
**trà eorum album, cum sit frigidum & lendum,**  
**neq; commode percoquitur, neq; bonum sang-**  
**uinem gignit. Cæterum Hippocrates earum**  
**oua esse tum ualentis materiæ, cum inde ani-**  
**mal gignatur, tum boni nutrimenti. Est enim**  
**ouum pulli lac, tum uim pinguefaciundi retinet.**  
**(Sic enim Φυσῶδες accipio) quoniam molem**

D *etiam*

etiam parvam augmentat. Sed præstat eius uerba adscribere. Ταῦτα ὡς ὀργίθων, ἰχυρὸν μῆνι τι ἔχουσι, καὶ τρόφιμον, καὶ φυσῶδες, ἰχυρὸν μῆνι, ὅτι γένεσις δῆτι γάρ ζώου, τρόφιμον δὲ δύνα γαλα δῆτι τόπῳ τῷ νεοτήτῳ, φυσῶδεσ δέ, δύνα εκ μικροῦ ὄγκου ἐξ πολύ διαχέεται.

**Quæ** uerba diligentissime constringenda sunt. Siquidem neq; omnia oua ex quibus pullus nascitur ualentissime nutriunt. Neq; id semper uero consentaneum est, Ouum est pulli lac, igitur multum nutrit.

## XV.

Cur oua Perdicum collaudantur? An eadem ratione, qua gallinarum oua commendantur, tum propter temperaturam homini bene conuenientem, tum propter concoctionis facilitatem. Vtrinq; enim oua sunt præcipue ex uitello ἐυχυματερεπτα, ut quæ non tantum boni succi, sed et bonum succum comesta progignunt, et citra negocium concocta probe enutriunt.

## XVI.

Cur oua Phasianorum approbantur? An propter iustam contēperationem, et εὐπεψίαν.

Cur

XVII.

Cur Oua anserum, & anatum damnantur?  
An quia hic non est aptum temperamentum.  
Frigidiora enim sunt & humidiora propter nu-  
trimentum aquaticum, ex quo etiam pallidiora  
sunt nutricationi prorsus inepta. Sunt autem ovo-  
rum alia candida, ut columbis, gallinis, perdici-  
bus, alia pallida, ut aquaticis, alia punctis dis-  
tincta, ut meliagridibus, alia rubri coloris, ut  
Phasianis. Ita anatibus & anseribus ova pallida  
cum frigidioris & humidioris sint naturæ,  
quippe pituitosæ, cuiusmodi sunt eorū, quæ apud  
Hippocratem ἐλόνομα nominantur, et sic scrip-  
tum reliquit ὁ κόσας ἐν ἐλεσι διατῆται, οὐδέτε-  
ρι, παντα ὑγρα.

XVIII.

Cur Oua gallinarum oblonga, & candida  
sint salubriora? An quia sapidiora sunt, si quis  
primam linguam consuluerit. Hæc autem cor-  
pori enutriendo tam grata sunt, quam quæ gra-  
tissima, & sic Oratius canit:

Longa quibus facies ouis, illa memento  
Ut succi melioris & ut magis illa rotundis  
Ponere &c.

D 2 Alba

Alba intelligit recentia, & perspicua. Nam putrefacta obscura sunt, et subnigra. Sunt autem alba iam ab incubante gallina adempta.

XIX.

Cur recentia oua sunt meliora uetulis? An quia sunt εύχυμα, & succi non lenti, qualis est uetus silioribus, quae propter ætatem grauiter olent. Igitur κακόχυμα, atq; ut oua mediæ ætatis mediocriter se habent, ita uetusta sunt pessima, & recentiora optima.

XX.

Cur Oua affatim cocta uel dura pleriq; abominantur? An quia ἐφθά, id est, percocta sunt δύσπεπτα ηγή σάσιμα, quod est, sicut difficilis in imo alio concoquuntur ita eandem sistunt. Cibi autem ferè & à bonitate, tum suc- ci, tum concoctionis, & à transitus facilitate collaudantur. Siquidem plerumq; ὀξύπορα bonum corpori nutrimentum suppeditant, & in tuenda bona ualetudine uix quicquam ijsdem est salubrius. Ediuersa ut illa pessime concoquuntur, ita sunt ορεχύπορα, ab Hippocrate σατίκαι, & σάσιμa dicta.

Cur affa

XXI.

**C**ur assa in cineribus feruentibus οπτηθεντα oua parum probantur? An quia peioris sunt succi, & tardioris transitus, immo si usq; ad tectrum odorem assa fuerint, uenenosam quandam qualitatem imbibunt.

XXII.

**C**ur Oua sorbilia σοφητα non ita nutriuntur? An quia ualde sunt διαχωριστικαι uix auxilium temporis in ima alio subsident, ut per uenas mesenteriacas, ceu per hirudines melior succus exugetur, & in iecur tanquam fontem procreandi sanguinis deriuaretur.

XXIII.

**C**ur Oua tremula σφομητα probantur? An quia bellissime nutriunt, medioq; modo pertransiunt.

XXIV.

**C**ur Oua frictellata & in sartagine frixa sunt pessima? An quia teterrimi omnino sunt alimenti & inter præparandum nidorem atque fumum edunt, ex quibus succus natus, non so-

D 3 lum

lum crassus est, sed etiam prauus, & excremen-  
titius, et iuxta Aetium in opere computrescunt.  
Postremo sacerda sunt.

XXV.

**C**ur suffocata πνικτὰ oua sunt laudabili-  
ora? An quia sunt melioris substantiæ, boni  
succi, absq; graui odore, neq; tarde transcunt  
propter gari et olei, cui momentū uini adiicitur,  
aspercionem. Suffocandorum autem Ouorum  
ratio hæc est. Conspergantur oua oleo, garo,  
& momento uini, cum in uas effusa fuerint, id  
bene operculatum aheno calidæ aquæ impona-  
tur, atq; ita cuncta congesta ad mediocre crassa-  
mentum lento igne coquantur, quæ si plus æquo  
confiſſantur, nihil à duris & assis differunt.  
**Q**uapropter consistentiæ mediocritas colli-  
genda est, ex ijs, quæ sursum in ollæ labra effun-  
duntur. Siquidem non est committendum, ut in-  
durentur, sed potius ab igne remouenda sunt,  
cum succum suum adhuc scruarint. Nota est  
uerā Cornely Celsi sententia. Ouum durum in-  
quit ualentissimæ materiæ est, molle uel sorbi-  
le, imbecilissimæ. Neq; ab hac Dioscorides ab-  
horret, atq; uerba Plinij dijudicanda sunt, cum  
ait

ait, Nullus alius cibus est, qui in ægritudine al-  
at, neq; oneret, simulq; uini usum et cibi habeat.

XXVI.

Cur Oua interdum condiuntur? An quia  
interdum fatua sunt, interdum ad concoquen-  
dum difficultia sunt, interdum uicia quædam  
corrigunt. Itaq; de condimentis ouorum breui-  
ter Apicius Cælius sic scriptum reliquit. Oua  
frixa, ænogaro, Oua elixa, liquamine, oleo,  
mero, uel ex liquamine, pipere, lasere. In ouis  
& πάλοισ ( id est, teneris, & mollibus ) piper,  
ligusticum, nucleos infusos, suffundes mel, ace-  
tum, liquamine temperabis.

XXVII.

Cur Oua sale operta exiniuntur? An quia  
sal penetrat testæ meatus, & humorem inter-  
num absunit.

XXVIII.

Cur Oua aceto macerata ita emollescunt,  
ut per annulum traherentur? An quia natura  
aceti tanta est, ut testacea statim emolliat.

XXIX.

D 4 Cui

Cur Romæ cœnæ initium ab ouis fiebat?  
An quia ordo ciborum sic exigit, ut molliora  
prius edantur, & cœnæ duris, & astringentibus  
claudantur, atq; hoc Oratius uoluit dum dicit,  
Ab ouo usq; ad mala, si hic mala cydonia intel-  
lexeris, quid nam melius propter uirtutem af-  
frictoriam esset, Nam hæc ceu propria per com-  
pressionem etiam imam aluum laxat atq; hic ca-  
pi potest illud ex Salernitana schola de promp-  
tum utpote, à potu incipe cœnam, hoc est, à  
potabili cibo cœnam auspiciabere, quem morem  
& Oratius seruauit 2. ser. Saty: 4. & ḡοφί-  
ματα alios cibos præcedere debent.

XXX.

Cur oua anserum & Struthocamelorum  
sunt humidiora? An tum propter locum geni-  
alem, tum propter uictum, unde fit, ut non tan-  
tum oua, eorumq; partes, sed & ipsorum cor-  
pora humidiora sint. Qua de causa utriusq;  
caro est περιπτωματική id est, magnam excre-  
mentorum saburram accumulat, atq; ita medi-  
corum consensus est, gallinarum & Phasiano-  
rum oua esse omnibus meliora, sed anserum &  
strutho-

*struthocamelorum* deteriora. Id autem fit præcipue propter temperaturam. Horum enim est pituitosior, illa magis ad temperamentum accedunt. Proinde Auicenna, aut eius interpres siccora istorum oua male scriptum reliquit.

XXXI.

*Est ne in uitello assato uirtus astrictoria sunt in hunc?* Facile quis uidet ex prioribus, ut uitellus sit calidus & humidus sanguine& naturæ, cuius ratione magis aperiret, atq; potissimum cum assatus fuerit. Sic enim humiditas tota absumitur, atq; ex rostione & assatura magis exiccatur. Itaq; potius uitelius assatus, locum inter ανασωματικα atq; εκφρακτικα habebit, cum uenarum spiracula laxaret, & ora uenarum aperiret, cum iam ignea ui & acri uellicata polleret. Male igitur Auicenna stipticitudinem eidem uitello sic confecto tribuit.

XXXII.

*Quæ nam uirtus est in albooui?* Non una. Siquidem frigidum, non terreum, non aerium, sed aqueum in eo dominatur. Est igitur uirtus

D 5 densa=

densatoria, cum propter molliciem leniter con-  
trahat, ac substringat, tenuesq; cutis meatus ob-  
denset. Itaq; κολλητικοῖς & συμπλασικοῖς ad-  
numeratur. Neq; hic est quiddam sunt in dōv.  
Nam hoc est substantiæ terrestris, crassæ &  
frigidæ, ideo contrahit, stringit, densat, refri-  
gerat, & exiccat, magis tamen in superficie,  
atq; uere inter ἄποια recenseretur, cum certum  
saporem non habeat, eiusq; substantia sit supra  
modum aquosa.

### XXXIII.

Cur album oui sedat dolorem mordican-  
tem ? An quia sit ἀρώδυνος sed non uerum,  
quod calore & tenuitate constat, sed ab euentu  
sic alterum notum dicitur, cum uel eximio fri-  
gore sensum sopiat, uel humoris acrimoniam  
dolorem creantis demulcens hebetet, quaratio-  
ne id ipsum conficit lac, oleum, & alia id genus.

### XXXIV.

Cur album oui cephelidi, exustis, erysipe-  
lati, arthritidi erysipelatodi, ophthalmiæ calidæ  
& consumilibus morbis medetur ? An quia re-  
frigerat calefacta, condensat, & cohibet &  
reprim-

reprimit fluida, maxime si & alia emplastica,  
cuiusmodi est farina ordeacea, atq; id genus alia  
accesserint, & illius uirtutem intenderint. Ea-  
dem ratione & αιματικον curat.

XXXV.

Cur est medicamentum Bechicum? An  
quod sua lubricitate, eaq; glutuosa præsertim ase-  
peritatem membranæ asperam arteriam intrin-  
sicus ambientis leniat & emolliat. Sic & acrem  
humorem in fauces defluxum, cum album oui  
est κολλητικὸν & παχυτικὸν, cohabet re-  
primitq;. Rauim quoq; oua sorbilia potissimum  
tollunt. Prudenter igitur prospiciendum quibus  
morbis, quæ partes ouorum, & qua de causa  
conferunt.

XXXVI.

Cur Ouatam percocta, quam assata cine-  
ribus dysenteriacis medentur? An quia humo-  
rem fluentem condensant, atq; ita per euentum  
astringunt nonnihil, maxime si acetum, & quæ  
sunt astrictoria propriè uirtute prædita adiunc-  
ta fuerint, quæ sunt duræ & crassæ substantiæ  
acerba

acerba, & austera, inter quæ succus Omphax  
cius connumeratur.

XXXVII.

Cur metrenchyta ex olei & ouorum anserinorum mistura menses prouocat? An quia id facit similitudine suæ substantiæ, quam tamen in dubium uocamus. Alioqui menses carentia plus creantibus lac excalefaciunt, nec tamen ualde resiccant. Nam uenæ in menstrua purgatione magis aperiri, & sanguis manantior cuadere debet. Oua autem anserina neq; aperiunt, cum sint frigida, neq; oleum, cum sit humidum, & modice caleat. Quare hoc experientum Avicennæ merito nobis insuspicionem uenit.

DE MALO

# DE MALO MEDICO OBSER- VATIO.

Virg. in 2. Geor.

Media fert tristis succos, tardumq; saporem  
Felicit mali, quo non præsentius ullum,  
Pocula si quando sœuæ infecere nouerçæ,  
Miscueruntq; herbas, & non innoxia uerba,  
Auxilium uenit, & membris agit atra uenena,  
Ipsa ingens arbor, faciemq; simillima Lauro,  
Etsi non alium late iactaret odorem  
Laurus erat, folia haud ullis labentia uentis,  
Flos apprima tenax, animas & olentia Medi  
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis

EST hic mali Medicæ descriptio. Pri-  
mum à situ geniali, & nominis ratione.  
Dicitur enim à Medis Medica, sicut à  
Persis Persica iuxta Theophrastum, et Assyria  
iuxta Plinium. Nam in his regionibus potissi-  
mum exculta fuit, & merito, aut à geniali, aut  
à celebriori loco nomen illi inditum fuit. Si-  
quidem

quidem in his sub hæc tempora regionibus po-  
tentissimis nasci uoluit. Sed postea Palladij di-  
ligentia in Italiam transiulit, atq; hinc in Galli-  
as & Hispanias per translatum germen &  
insitum propagata est. Verum apud Romanos  
citrium teste Pamphilo dicebatur. Neq; Gale-  
malū medicū passim citriū nominari negat. Sic  
& Iubas Mauritanorum rex citrum Hesperi-  
cum malum apud Lybias nuncupari apud Athe-  
næum tradidit, forsā ab Aethiopibus Hesperijs  
qui Mauris uicini sunt, dictum est, ut apud quos  
summa diligentia excolebatur, & postea in  
Græciam translatum ab auri similitudine χρυ-  
σόμηλον, id est, aureum malum dici cœpit.  
Quapropter aurea mala non sunt tantum uulgo  
poma Arantia appellata, sed & Medica, uel  
Aemiliani apud Athenæum testimonio, quo-  
rum ambitus tantus olim fuit, ut & illa, &  
Limonia iuxta doctorum uirorum censuram  
complectatur. Si quidem mali Medici com-  
plures sunt formæ ex cutis mangonio pro-  
natæ, atq; hinc propter scriptorum concili-  
ationem discrimina eiusmodi statuenda sunt ex  
colore & figura. Si enim oblonga & turbinata  
fuerint

fuerint, sunt uel ab auri colore aurea, uel à colo-  
re citrino citreola, & citruia, (Hæc autem  
forma diminutiva à citro deducta esse quis non  
uidet?) si ouata fuerint colore, uel luteo, citrea  
uel herbaceo Limonia sunt. Hinc factum est,  
quod Nicandri interpres in hunc uersum:

μηδέοντες καὶ ἐμπειρεύται σίναπι. Sic  
adnotauerit tam de bestionis diuersitate, quam  
de expositione, μηδέοντες, γεάφεται μῆλον ὃ  
ζῇ δὲ τὸ μηδικὸν μῆλον. ὃ ζῇ τὸ νερέντρι-  
ον. Phanius quoq; Eressius cedrum appellauit,  
& malum Cedrum quod hodie citrum est, et  
sicut Varro Lybicum citrum, ita Dioscorides  
cedromalum nuncupauit. Quamobrem & pru-  
dentia scholastæ in Nicandrum imerdum desi-  
deraretur, ut qui paßim cedri nomine arborem  
ipsam acceperat, cum tamē sæpe esset et malum  
ipsum citrum, & ipsa Cedrus ueluti in hoc car-  
mine:

μὴδε σέγε θάλση πολιόλαθοινε κέδρον  
**Quod est, neq; utilitas ueteris lateat te Cedri.**  
Ita πολιόν esse epitheton interpres contèdit, cū  
hoc cedro non quadret, sed potius est πόλιον  
id est polium, quod fugat uenenata etiā tantum  
incensum

incensum, quod & Nicander uoluit.

ἢ σύγε ποσορέσαντο λύγον πολυάνθεα  
κόφας

ἢ πόλιον βαρύσθμον ὁ δὲ γίγισον οὐδωδεν  
hoc est, tu aut uiticem floridum contusum sub-  
sterne, aut polium graueolens, quod terribilissi-  
me redolet. Itaq; κεδρίδα licet apud eundem  
pro cirro malo exponere integrum erit. Neq;  
tamen negamus & cedrum arborem uenenis  
resistere. Nicander igitur per suffimentum ser-  
pentes & uenenata animalia fugaturus, lignum  
cedrinum accipit, quod ex his uersibus non est  
obscurum καὶ ἡπειρόνα μη τομαικ

κέδρος πουλυόδουσι καταψυχθεῖσα  
γενίοισ

ἐν φλογίκ, κάπνικλον ἄγει καὶ φύξιμον  
οὐδμαν,

hoc est, serra sectilis cedrus iam serra dissecta  
& incensa, fumidum & fugantem serpentes  
odorem emitit.

Verum utut sit, nunc in medio relinquimus  
discrimine. Hic autem nobis satis sit Medicum  
malum à Medis dictum esse, sicut ab Aethiopi-  
bus Hesperijs Hespericum, de quo sic Pontanus

Orbe

Orbe etēim Hesperio, Niāsiq; ad littora quōdā  
Oceani, auriferis primum sese extulit hortis  
Citrīus, arboreæ referens præconia palmæ.

Veteres enim sub Mauritanis inter Aethiopias Hesperios hortos Hesperidum decantatissimos præsertim apud Poëtas, quorum custos Draco singitur collocarunt. Nominatur quoq; Herculeum ab Hercule qui cum Atlantis uicem in sustinendo cælo gesserat, citrios in Italiam post extinctum Gerynem atq; Cacum transfluit: de quo sic Pontanus.

(Atlas

At postquam Herculeis humeris stetit axis &  
Prospexit cælo, & fessus requieuit in antro.  
Et iam fata Deūm, Latij et scelera impia mōstri  
Ulricem expectant clauā, procul orbe subacto  
Gryone extinto, spolijs insignis, abactamq;  
Aduexit prædam, et nostris stetit ulti in aruis  
Idem humeris, idem ipse arcu, clauaq; superbus  
Deuexit simul Hesperio de littore syluas  
Hesperidum syluas, nemora effulgentia & auro  
Queis post Phormiadum &c.

Statuitur autem per Pontanum inter citrios  
& citrios à magnitudine partium quarundam  
& qualitatibus discrimen, qui sic canit:

E

Hoc

Hoc uero differt Citrio Citrus, illa superbos  
Sese agit in ramos, procero & stipite surgit  
Termite at hæc fragili, lentoq; cacumine terras  
Prona petit, fixisq; cadens incumbit in hastis  
Hinc maior folijs odor est & fœtibus, illi  
Floribus, æterna sylua uestitur uterq;  
Stipes, & æternam dicit sub fronde iuuentam,  
Flos illi albescens, medioq; interbitus auro  
Hunc inspersa notat postremo purpura limbo,  
Et alia quæ plura sequuntur. Quare sicut pri-  
orem libellum de hortis Hesperidum citrio-  
rum, Ita posteriorē citriorum cultui dedicauit.  
Hodiè autem uix hoc discriminis apud plerosq;  
omnes obseruari credimus. Dioscorides uero  
malum Medicum grande illud oblongum, ru-  
gosum, colore ad aurum temperato, cum gra-  
uitate odoratum describit, quod à Germanis ex  
superstitiosa Iudæorum ceremonia Iudaicum  
dicitur.

Deinde arbor Medica à succo ciusq; tem-  
peratura describitur, cum canit: Fert tristes  
succos, tardumq; saporem. Siquidem cortices  
citriorum calidi intus succum semiacidum re-  
tinent, atq; citrei mali extima pars acris est,  
quæ uero ueluti carnis speciem præ se fert, licet  
esui

esui sit idonea, uix tamen concordetur. Ita eius  
caro crassum gignit humorem, & pituitam au-  
get, & refrigerat. Quia de causa succus citri-  
rum tristis, id est, amarus, seu acidus, seu acri,  
& uero metathetiv tristes reddit homines, Atq;  
sapor tardus est ex tardo humore pituitoso na-  
tus. Id enim, quod & intus continetur est, siue  
acidum, siue aqueum, ualde infrigidat, teste  
Aegineta, cuius sententia contra Auicennam  
etiam semen frigidum. Verum memoria neq;  
Thcophrasti edebatur, neq; auorum Plutarchi.  
Post Palladium in cœnis primum edule fuit, et  
cum eius caro seu medulla sit acri, studio & in-  
dustria eius acrimoniam mitigarunt. Locum  
igitur hunc Pontanus sic expressisse sed poeti-  
cos uidetur.

Est uero & duplex Citrij genus, et quod amores  
lucundos referat, dulces & Adonidis ignes  
Sic placitum Veneri, dulce hoc, quodq; acre,  
dolores

Et tristes luctus, & lamentabile funus  
Sorte refert, siuis ut lacrymis ne desit amaror,  
Rara sed Ausonio, Lamiæq; in littore foetus  
Dat dulces succosq; freques meditatur acerbos,  
Contra solis ad ortum, atq; in Gangetide terra

E 2 Sponte

Sponte sua dulcem uictum, ac redolentia ramis  
Mella liquat &c.

Ita dulcia esse citria Indica per Lusitanorum  
navigationem deinceps comprobatur.

Postea malum Medicum fœlix appellat, uel  
propter nimiam fructuum suffrumentum &  
progerminantium copiam, uel propter certam  
medicandi rationem. Utroq; enim modo uere  
fœlix est. Siquidem iuxta Dioscoridem  
arbor ipsa omnibus anni temporibus pomifera  
est, alijs deciduus, alijs subnascens, Sic &  
Pontanus:

Ncue autem toto fructus tibi desit in anno  
Carpe manu partē, et plenis bacchare canistris  
Quæ reliqua est, grauidis finito gaudere uoleis  
Confestim, qua parte dolet uiduata recentem se  
Induit in florem, atq; implet sp̄e diuite ramos  
Sic etenim alterno ditescet sylua metallo.

Sic & Palladius in Martio mense, Quod  
ego, inquit, in Sardinia, & in territorio Nea-  
politano in fundis meis comperi (quibus solum  
& cœlum tepidum est, & humor exundans,) per  
gradus quosdam sibi semper poma succede-  
re, cum maturis se acerba substituant, acerbo-  
rum uero ætatem florētia consequantur, orbem  
quendam

quendam continuæ fœcunditatis sibi ministrante natura. Sic & Pontanus de Citrio:

Quin grauida è rāis, triplici et distincta colore  
Mala nitent, uirides primum referentia frōdes  
Hinc rutilant, fuluoq; micant matura metallo  
Flore nouo semper, sēper quoq; fœtibus aucta.

Eadem ferè Plinius tradidit.

Notum quoq; est ut sit ἀντίδοτον ἀλεξι-  
φάρμακον. quod Theophrastus, quem Maro  
secutus est, sic exprimit.

πεπωκώσ θανάσιμον φάρμακον, δοθὲν  
γὰς ἐν ὄινῳ διακόπται τὴν κοιλίαν. καὶ ἐξ-  
άγε τὸ φάρμακον. quod est etiam si remedium  
lethale quis ebiberit, tum malum Medicum in  
uino datum uentrem turbat, et uenenum educit.  
Atq; Dioscorides idem memoriæ prodidit, ui-  
delicet quòd potum in uino uenenis aduersetur,  
aluumq; moueat. Iudicatur enim id efficere si  
militudine suæ substancialiæ media inter corpus et  
uenenum, præcipue si moderata quantitate  
sumptum fuerit. Nam si exhibitum fuerit quod  
libet alexipharmacum ueneno propinquius, ritu  
ueneni corpus offendit, nec similitudine sub-  
stancialiæ retrahet. Proinde parum aut nihil utili-  
tatis allaturum est. Eadem ratione, quæ uenena

E 3 expug-

expugnāt ἀλεξιτήσια à Græcis dicta, si largius  
assumuntur, grauem corpori noxam inferunt,  
parcius desumpta uincuntur. Quare aut parum,  
aut nihil proderint. Sumitur autem à peste cor-  
reptis, & infectis, uel in decocto uilli cuiusdam,  
uel in puluillo, qui cum uino ebibitur. Licet au-  
tem tibi id medicamentum exacuere aliorum  
idem pollutum accessione, utpote si scordium  
uerum, radices tormentillæ hodie uocatæ, an-  
gelicæ, uel Smirnij, Gentianam, dictamnum  
Creticum, herbam & semen oxalidis adiiceris.  
Quod si intenderes, boli Armeniacæ, & terræ  
Leminae parum adderes. Neq; hic betonicam  
uulgo tunici appellatam, neq; succinum album  
Boruſiacum, neq; ramenta unicornu atq; aga-  
lochum, neq; scobem cboris, neq; gemmas cor  
ipsum confirmantes te turpiter negligere opor-  
tet, quibus subinde & semen citri & cortices  
citrij tanquam præcipua uel προφυλακτικὰ uel  
ἀλεξιφάρμακα contemperabis, uel decocto,  
uel puluillo, uel alijs sumendi rationibus. Dici  
nequit, quam & cito, & tuto à pestifera lue li-  
beraberis, potissimum si non dormieris, sed su-  
dorem in stragulis prouocaueris. Eodem quoq;  
modo

modo alijs uenenis à nouerca, cuius animum no-  
uercantē quis non agnosceret? datus potentissime  
resistit, uel puluillus in pollinem comminutus, et  
uino tepefacto epotus, uel decoctum in liquoris  
stillaticij oxalidis libris aliquot adhuc tepidum  
absorptum. Est enim illis uniuersis expellendi  
uenena ex membris præsertim ex corde ipso  
mirabilis facultas. Itaq; præsentissimum tam in  
uenenis exhaustis, quam in contagiosa peste re-  
medium ab omnibus merito iudicari debeat. Ita  
Athenæus refert, Citrum malum assumptum  
ueneficij cuiuslibet amuletum esse, quod à ciue  
qui de eo periculum fecerat, didicerat. Hic n.  
cū iuxta leges AEGyptiacas maleficos quosdam  
damnauerat, ut suorum facinorum pœnas da-  
rent, feris in prædam exposuit, Cæterum ante-  
quam in theatrum descenderent, in quo fures et  
latrones puniebantur, in uinere caupona qui-  
dam uicem eorum dolens, citria, quæ edens ma-  
nibus tenebat, dedit, hæc recepta isti manducâ-  
runt, atq; postea ferocissimis bestijs oblati, et  
ab aspidibus demorsi, nihil molestiæ senserunt.  
Tum præfectus addubitare cœpit, rogans custo-  
dem militem, num quippiam aut edissent, aut

E 4 bibisse

bibissent, ubi certior factus est, citriūm simili-  
citer donatum esse, postridie ille iussit uni præ-  
beri, alteri denegari, qui comedebat, demorsus  
nihil incommodi passus est, alter post idem  
confestim interiit. Hinc tandem post multam  
comprobationem inuentum est omni exitiali  
medicamento esse αλεξιφάρμακον. Neq; ig-  
notum est ut Clearchus Heracleotes Ponti ty-  
rannus multos ueneno necauerat, sed populus  
medicamenti huius potionem non ignorauit,  
imò si quis hoc malum cum semine in melle cox-  
erit, & ex hoc iure paululum biberit, nullum ei  
uenenum nocebit. Notandæ sunt & hic partes  
mali, quales sunt cortex, caro seu medulla, suc-  
cus, semina seu grana, quibus singulis sua est  
temperatura, & uirtus, atq; cortices eiusdem  
mali conditæ in officinis pharmacopolarum  
passim inueniuntur. Atq; condita citra nominatur  
atq; ex ijsdem scrapia de acido citro passim ha-  
bentur, & sicut illa cor, uentriculum, iecurq;  
confirmant, coctionem iuuāt, oris gratiam com-  
mendant, ita hæc maxime ex succo Citri acido  
cocta ardorem flauæ bilis, & ex ea febrium,  
viscerum φλεγμονόδων mirabili potentia ex-  
ting

tinguunt, ac sitim uehementem, ebrietati ressistunt, uertiginem compescunt, febribus deniq; pestilentibus, maxime dum æstatis constitutio sit uenenosa, & pestilens, opitulantur. Postea arboris Medicæ notatio per collationem iuxta scriptorum consuetudinem subditur, de qua sic & Pontanus.

Atq; ita latè  
Spirat odoratus Zephyris fœlicibus aër,  
Ipsa quidem lauro folijsq; & cortice, & ipso  
Stipite tum similis, tum frondescente iuuenta  
At cono inferior, ramisq; ualentibus impar  
Nam florum longe candore et odoribus anteit.

Atq; Virgilius exquisite citriam malum depingit, atq; inter hanc & laurum solus odor discrimen facit. Sunt & illi folia non decidua,  
& magna florum tenacitas, quid quod eiusmodi arbores uiuacissimæ habeantur de qua re sic Pontanus:

Nec uero spaciū uitæ breuè, seu breuè tempus  
Est Citrio, æternum genus, immortalis origo  
Et species æterna quidem, stirps Citria longum  
Ipsa manet, secla exuperans, et iungere seclis  
Secla parans, truncō extincto mox surget &  
alter

E. 5 Inde

Inde alter, uictrixq; diu sua robora seruat  
sic placitum Veneri, et parca statuere fauentes.

Postremò commoditatem, atq; usum rea-  
censer, qui à Dioscoride his uerbis comprehensa-  
sus est, Malum Medicum inquit, in uino potum  
uenenis resistit, aluum mouet, oris suauitatem  
commendat, decocto eius colluto, aut succo,  
estur in malitia mulieribus, uestiarijs impositum  
ab erosionis uicio uestes vindicare existimatur.  
Venenis quidem est ἀντίδοτον quod hic est  
Ἀλεξιφάρμακον de quo haud multò ante pauca  
tradidimus. Sic Ἐρι graueolenti, atq; ciui  
fætor, cum sit ualde odoratum, per collutio-  
nem medetur, si uel ex ciui præsertim corticum  
uel ex succi os ipsum colluitur decocto. Nam  
ἐνῳδία restituitur malum ἐνῳδεσ. Quare  
Parthici proceres esculentis incoquebant grana  
mali Medici propter halitum commēdandum.  
Picam quoq; uidem uino percoctum compes-  
cit. Arcet Ἐρ blattas Ἐρ tincas uestiarijs, imò  
eadem odoratissima reddit, præterquam ijsdem  
insertum ab omnibus offensis vindicet. Senibus  
pariter, qui plæruntq; propter pituitæ collectio-  
nem

nem in pulmonibus spirituosi sunt plurimum  
confert, non tantum asthmati medeatur, sed eti-  
am quod crassos humores incidat, concoctio-  
nem promoueat. Sunt et illis mali tam Citri,  
quam Citri plurima commoda, de quibus sic  
Pontanus.

Omnibus his usus suus est, seu forte uoluptas  
Queratur, seu certa salus, studiumq; medendi  
Præcipue pueris, semen lege, conijce lectum  
In cyatho, et latices ad summū infunde liquefentes  
Sub ioue, quos tacitæ contingant frigora noctis  
Mane autem puero instilla, bibet acre uenenum  
Lubricis, stomacho (mirum,) medicabitur ægro  
Quin et arundineis mala ipsa liquoribus ante  
Arte quidem medicata coquunt, ac lenibus inde  
Intingunt succis, et uase madentia seruant  
Auxilium latura, et opem languentibus ægris  
Regalesq; epulas uario affectura sapore.

Quid multis? Hic et decocta, et se-  
rapia contra multa morborum genera utilissi-  
ma conficiuntur. Verum Virgilius Theo-  
phrastum suum præcipue secutus est, cuius uer-  
ba potius ex Athenæo, quam ex illo ipso autore  
adscire

adscribemus, tum quod correctiona sint, tum  
quod exponendi gratia, quædam non inepta ac-  
cesserint.

Ηδὲ μηδίαχώρα, οὐχὶ πέρσις ἄλλα  
ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ περσικόν, καὶ  
μήδικον καλούμενον. ἔχει δὲ τὸ δένδρον  
τοῦ φύλλον μὲν ὅμοιορ οὐχὶ χειρόν τοις  
τῆς θάλασσας, ἀνδράχνησι καὶ καρύασ. ἀκάν  
θαῖ δὲ σιασταὶ πιοσ ὁξυάκανθοσ λείας δὲ καὶ  
οξεῖασ σφόδρα καὶ ἰχυρὰσ. τὸ δὲ μῆλον  
ὅκ εἰσται μὲν, ἔνοσμον δὲ πᾶν καὶ ἀυτὸ<sup>ν</sup>  
νοῦ τὰ φύλλα τὸ δένδρον. καὶ εἰσὶ μάτια  
τεθῇ τὸ μῆλον ἀκοπαὶ διατηρεῖ. Καίσιμον δὲ  
ἐπειδὴν οὐκ τύχετι πεπωκὼς θανάσιμον  
φάρμακον δοθὲν γρέν οἴνῳ διακόπτει πώ  
κοιλίαν, καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον, οὐχὶ πρός  
σόματοσ ἐνωδίαν. εἰν γρέν οὐσ ἐψήσκεν ψω-  
μῶν, ἡν ἄλλωτιν τὸ εἰσω τὸ μίλου ἐκπιέσῃ  
τὲ εἰσ τὸ σόμα, οὐχὶ καταρρέοφθον, ποιεῖ πώ  
οσμὴν ήδησαν. σπείρεται δὲ τοῦτο τὸ κῆροσ εἰσ  
πρασιὰσ ἐξαίρεθεν τὸ σπέρμα διεργασμέ-  
νον ἐπιμελῶς. εἰτα ἀρμεται διὰ τετάρτησ  
ἡ πέμπτης ἡμέρασ, ὅταν δὲ ἀργόν ἡ.   
quod est, Media et Persis alia complura habet,  
et malum Persicum aut Medicum appellatum.  
Habet hæc arbor folium simile, et penè aequali  
le folio

le folio lauri. Portulacæ, nucis, aculeos autem  
quales aut Pirus aut spina acuta, sed leues & a-  
cutas uehementer & potenter. Verum malum  
non editur, sed benè odoratum prorsus & ip-  
sum foliaq; arboris si quis in uestiaria malum  
imposuerit, citra offendam conseruat. Conducit  
quoq; cum quis mortiferam medicinam biberit,  
uel ad oris suauem olientiam, ueluti si quis partes  
pomi internas in iure, aut aliquo humore con-  
coctas in os expresserit digeſſeritq; suauem ha-  
litum reddet. Semen detractum, uere fulcis  
seritur diligentissime cultis, rigatur. Deinde  
quarto aut quinto die, cum autem manuscula fu-  
erit, transfertur uero iterum ad molie, riguumq;  
solum, nec ualde tenue. Tale enim desiderat,  
Fert poma omnibus horis alijs decidentibus, alijs  
subnascientibus, alijs maturescientibus floribus,  
his tantum fructus enascitur, qui ueluti colum  
quandam extantem in suo medio gerunt. Qui  
enim ea carent, infœcundi labuntur. Seritur  
etiam fœtilibus uasis perforatis, quemadmodum  
palma. Hæc itaq; Persida & Media familiaris  
habetur. Quæ sane uerba & à Plinio repetita  
sunt, & à Pontano carminibus decantata, &  
propter

propter huius mali historiæ cognitionem ex-  
quisitam magnam pecuniæ uim The-  
opompus Chius exposuit.

F I N I S .

FRANCOFORTI  
AD VIADRVM IN OFFICINA  
IOANNIS EICHORN,  
A N N O

M. D. LI.






Saxonicas riginae postegae dñe*lo* Dm*cc*  
Smaragdine Dene in aue lope iusticia regis  
Collodio lumen iusticie Christi nos  
Per hunc oculum patrum celestis portare  
Tuo merito ibi summa laude exaltare  
Ave latronis filii gratia tua cum  
Miserere nos fratres in nobis









564291

ULB Halle  
004 976 576

3




f

56.

m.s.





# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan


Yellow

Red

Magenta

White

Black



DISPVTA,  
TIONESEX SACRIS  
SENTENTIIS IN VSVM ADOLE-  
scen<sup>g</sup>torum propter primarum artium  
dicendi exercitationem propositæ.

*A*D. IODOCO  
Vuillich. Reselliano.

ACCESSERVNT ET DE OVIS  
PROBLEMATA,

ITEM

DE MALO MEDICO UTILISSIMA  
CONTRA PESTIFERAM  
LVEM OBSERVATIO.

Eodem autore.

FRANCFORTE  
AD VIADRVM IN OFFICINA  
IOANNIS EICHORN,

XVIII